



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1602

XXVIII. De Qvodam Debili curato.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

DE S. ERMINOL. PRUFENIN.
DE QVODAM DEBILI
curato.

XXVIII.



ILLIVS eiusdem HENRICI, filium quendam habebat, qui distortis pedibus difficili gradiebatur incessu, qui & ipse ERMINOLDI meritis est curatus.

ITEM DE DEBILI

curato.

XXIX.



LIO autem tempore idem HENRICVS. à Deo fluxu cœpit sanguinis infirmari, vt nullo medicamēto quicquam proficere se sentiret. Ad nota ergo sibi iam secundò Patris sancti suffragia se reuertens, iterum curari meruit per eundem dominum nostrum, famulo eius fideli manu contacto, cuius fimbriam olim tangens hæmorroïssa recipere meruit sanitatem. Hic iam tertio manifestavit se IESVS eidem HENRICO, in sui gloriam Confessoris.

DE DÆMONIACA

liberata.

XXX.



IN CASTRO NAPVRCH mulier quædam LEVKARDIS, cuidam iuueni matrimonialiter copulata, cum quadam die vitreis annulis more luderet puellari, maritus offensus eò quod necessaria negligens vanis intenderet, maligni spiritus ei imprecans incautus inuasionem, coniugi non cõiugaliter maledixit. Statimq; vt vel vanitas huius vel illius acerbi-